

vixero me vero moriente dicta Bona omnia cum usufructu predicto consolidentur proprietati et devenientur ad Monasterium supradictum *etc.* de qua mea donatione nihil aliud peto a Monialibus dicti Monasterii et conventus nisi beneficia missas et orationes pro anima mea et parentum meorum *etc.* Pacto habito quod dictum Monasterium teneatur ad expensas ipsius Monasterii Corpus meum sepeliri facere in Ecclesia dicti Monasterii, quatinus *etc.* Contra que *etc.* si ego *etc.* non adimplevero pene nomine componam dicto Monasterio et conventui uncias auri quinque et totidem Regie Curie *etc.* Maioris quoque *etc.* Quod scripsi ego predictus Nicolaus de Magistro Masino puplicus baroli notarius qui predictis Rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Nicolaus Iacobus de Laurecta q. s. Iudex. (*Segno*)

† Iudex Matheus de Porta testatur.

† Ego lillus Mathey de amicis testatur.

† Lillus notarii thomasii testatur.

*Notitia testium:*

Lillus de amicis, Iudex Matheus de porta, lillus notarii Thomasii.

---